





super orbem', nam virtutes calororum conturbabuntur.

Caietanus. Virtutes calororum agitantur.

Multi ex Exercitus caelestium. Graco.

EXPOSITIO II.

66.

Arabic.



RESCENTIBVS hominibus. tot, tantisque horrendis signis homines exanimis, ac tabescentes, seu vt explicatius habet Arabicus.

Carthuf. Homines obduratione penitentiam agant.

Et egredientur anima hominum ab eis. Erunt enim pra angustia tanquam efflantes, ac exhalantes animam, pra timore. Qui, vt ait Carthusianus erit in cunctis hominibus, praefertim iniustis, quos exterius tor portenta accusabunt, interius vero eorum conscientia arguer. Et expectatione. Quae expectatio gignitur ex tanto timore, & valde mirum, quia inter tot horribilia signa audio hominum timorem, non tamen audio eorum poenitentiam, ac dolorem de peccatis, sunt enim homines ita obfirmati in malo, vt nec commotione caeli, & terrae moueantur in Deum: Quae superuenient vniuerso orbi. Homines arefcuntur, ac tabescunt ex cogitatione malorum ingruentium, quae superueniunt orbi, non vero ex cogitatione appropinquantis iudicij, ac damnationis aeternae. Iniqui maiori dolore afficiuntur de temporalibus amissis, quam de sua salute deperdita. Virtutes calororum mouebuntur, siue agitantur, siue conturbabuntur; assignatur causa timoris, ac exanimationis hominum, quia virtutes calororum, id est eorum poli, quasi Cardines, ac firmamenta mouebuntur praeter suum usum naturalem, vt caeli deorsum ruere videantur, de quo quaeft. 11.

QUESTIO X.

Quare tam vehementer homines arefcunt, ac tabescunt?

67.



Is tot portentis, ac prodigiis erunt tabescentes, ac tanquam efflantes animam pra timore, ac expectatione excidij totius orbis, ac horrenidi iudicij, vt patet ex textu, & dixi in exposit. Deinde ad quaestionem,

68. August.

Iusti timent faciem iudicis.

Primò. Respondet D. Augustinus epist. 80. arefcuntibus, ait, hominibus pra timore, & expectatione. Nunc autem ista mala, quae tanquam summa, extremaeque creduntur, vtrique regno, Christi scilicet, & Diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his boni assignantur, & mali. Valde mirum, quod dicat D. Augustinus: Pariter quippe his boni assignantur, & mali. Quod mali timeant non multum mirandum, cum super eos imminet sententia damnationis. At iusti cur timeant, cum Christi socij, ac familiares futuri sint, aeternaque beatitudine donandi, à iudicijque sententia aeternam hereditatem capient? Timebunt quidem timore filiali ob expectationem iudicis, quem praestolantur, tanta erit severitas finalis iudicij, vt ab eius expectatione,

iusti mox beandi arefcant. Sciunt iusti se ipsos aeterna beatitudine donandos esse; cum tamen considerant iratum iudicis vultum, & iudiciali rigore severum, diuinas iras minantem, sic pra timore filiali, ac expectatione iudicij finalis pauent, vt etiam posita spe de aeterna beatitudine expallefcant, & contremiscant appropinquante vltima die iudicij: scribit Ioannes, quod homines. Dicunt montibus, & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Apocalypf. 6. num. 16. Non explicant suum timorem pro sententia audienda, seu poena iustigenda, sed pro vultu, ac facie iudicis appatentis, à facie sedentis. Tam formidabilis, ac terribilis erit aspectus Christi iudicantis; quod statim magis confirmatur.

Apoc. 6.

69.

Beda.

Inter tot prodigia solum homines timent iudicij faciem.

Secundò. Beda ad haec verba: arefcuntibus hominibus. Sic ait: Credo ipsum iudicij aduentum hac sententia designari. Videbunt homines horribilia portenta in Sole, Luna, & stellis, magnaque prodigia in aere, magnosque terrae motus in orbe, & ex mari horribiles sonitus audient, & tamen: arefcuntibus hominibus pra timore, & expectatione. Vident prodigia in caelo, & terra, ac mari, & tamen homines non arefcunt, nec tabescunt ob portenta exhibita, sed pra timore, & expectatione, quae superuenient orbi. Ob nempe iudicis aduentus aduentum: Credo ipsum iudicij aduentum hac sententia designari. Cum iudicis proponitur aduentus pra illius timore caetera omnia non sentiunt, nec illorum timore vexantur.

70.

Apoc. 21.

Apoc. 6.

De die iudicij loquens Ioannes, ait: Terra abijt, & mare iam non est. Apocalypf. 21. numer. 1. Quomodo dicitur, quod terra & mare non est, cum dicat: Ecce terrae motus factus est magnus. Apocalypf. 6. num. 12. & D. Lucas in praesenti: Et in terris pressura gentium, & mare dabit horrendos, & terribiles gemitus, pra confusione sonitus maris. Quomodo ergo astruitur, terra abijt, & mare non est? Quoniam pacto possunt fieri terrae motus, & gemitus maris, si terra, & mare non sunt? Pulchre Aymon in Dominica 1. Aduentus. Circa finem saeculi, ait, mare, flumina, rivuli, voces, & mugitus emittent, interitum suum quibusdam luctuosis vocibus deplorantes, & per hoc non paruum timorem hominibus audientibus incutient: Hinc per Ioannem in Apocalypsi dicitur: & mare non erit. Expende ex timore incusso infert Aymon, quod mare non erit, quia nimirum timor conceptus ex terrae motu in orbe, & ex sonitu maris nullus erit comparatione facta ad timorem prouenientem ex aduentu iudicis; cuius collatione terror ex mari, ac terra nihil esset, tanquam si terra, & mare non essent.

Haymon.

71.

Caietanus.

Tertid. Caietanus, arefcuntibus hominibus pra timore, ait, in intellectu perplexitas, in affectu timor, & expectatione non significatur spes, sed mora euentus. Haec vltima verba maximè expendenda sunt; vbi subtiliter innuitur causa tam ingentis pauoris, ac timoris; mora euentus, nempe. Iudicio appropinquante, multa sunt, quae terribilem timorem ingerant homini. Elementa timenda concussione colliduntur, ac è caelo infremunt, terribilis facies iudicis aduenat, & fulminanda sententia mox audienda instat, vt impij hianti gehenna deuorentur, & tandem ipsa conscientia interius carnifex crudeliter torquer, &

& inter haec tam dira tormenta maximè excruciantur, ac excarnificantur mora ipsius imminenti iudicij: expectatione non significatur spes, sed mora euentus, dum in suspensa expectationis perplexitate exagitantur; ibi latè maior afflictio, poena, ac excarnificatio, ipsa sanè pèdula exagitatio, ac expectatio, tam crudeliter vulnerat, vt certè æmula gehennae sit: super citat. Apocalypf. locus huc iterum veniat. Dicunt montibus, & petris, cadite super nos. Dulcius erit eis à montibus obrui, quam in illa pendula expectatione versari. Vide supra c. 8. 135. & cap. 49. num. 62. 63. 64. 65.

72.

Subire iudicium magnum timorem generat.

Quartò. Tabescunt, & consumuntur homines pra timore, & expectatione iudicij appropinquantis, cum cogitant, quod adest tempus, vt appareant coram iudicis tribunali, vt ab ipso iudicentur, & eorum facta discutiantur, ac examinentur, inde pallescunt, & maximo timore anguntur, durissimum est ante iudicem conuenire, vt causa ventiletur, & sententia proferatur.

73.

Luc. 22.

Gregor.

Cum meus Iesus esset in hortu. Factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22. num. 43. Maximè disputant interpretes, quoniam exiterit causa tantae agoniae, ac tristitiae, & quoniam tanta esse potuit: vt filius Dei in guttas sanguinis effundendas prorumperet? D. Gregor. lib. 24. Moral. cap. 17. hanc assignat. Redemptor noster, ait, solutioni carnis appropinquans, & membrorum suorum seruans speciem: factus in agonia cepit prolixius orare. Et tunc subdit: Appropinquante morte, nostra mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris, ac formidinis patitur, cum per solutionem carnis aeterno propinquamus iudicio. Representatum fuit Christo Domino, quod ipse trahendus erat ad quatuor iudicum iniquorum tribunalia, inde pauet, non quod eius eximia puritas, ac sanctitas aliquid sui ratione timeret, sed membrorum suorum seruans speciem. Vt nobis praerberet documentum, quantum ad iudicium conuenire, ac coram iudice astare, debeamus formidare. Ibi enim cuncta, & minima ventilantur, & sententia pro tota aeternitate promulgatur. Cum per solutionem carnis aeterno appropinquamus iudicio. Vide tom. 2. c. 12. q. 10. n. 60. 61. 62.

Multum timendum coram iudice conuenire.

QUESTIO XI.

Quare virtutes calororum commouebuntur?

74.

Quid sint calororum virtutes. Iansen.

Pfal. 92. Caietanus.

DISPUTANT Interpretes quid per virtutes calororum significetur. Iansenius in sua concordia arbitratur per virtutes calororum significari omnia sydera, quae in sacris litteris militia caeli, seu virtutes calororum appellantur. Verbo Domini calis firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quae sunt sydera Psal. 32. num. 6. Secundò. Caietan. in cap. 24. Matth. existimat denotare vires, potestates, seu facultates calororum, nam extremo illo tempore, mutabuntur, ait, potentiae aeternae calororum corporum à solitis actionibus, ac proinde Iansenius, & Caietanus astruunt, quod in fine mundi sydera, ac caelestia corpora mutabunt suos aspectus, ac influentias, vt inde omnia in inferioribus perturbentur; & haec sententia est valde probabilis.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Tertid. Ioannes Hesselius, Maldonatus, Franciscus Lucas, Cornelius per virtutes calororum intelligunt bases, siue axes, siue polos, & Cardines calororum. Sic enim in fine orbis caeli mouebuntur, ac concutientur, vt à suis cardinibus, ac polis conuelli videantur, vt deorsum ruere appareant, vt ita maximè representent iram diuinam, ac magnum terrorem impij hominibus iniiciant. Quod latius explicant interpretes ad cap. Isai. 34. num. 4. Tabescet omnis militia calororum, & multiplicabuntur sicut liber cali, & omnis militia eorum (omnia sydera) defluet, sicut defluit folium de vinea: & Apocalypf. 6. num. 12. & ideo hic dicendi modus maximè est aptus.

75. Hesselius. Maldon. Franc. Luc. Cornet.

Isai. 34.

Apoc. 6.

76.

Origenes. August. Chrylost. Euthym. Theophyl. D. Thom. Carthuf.

Quartò. Et est celebris sententia Antiquorum Patrum, Origenis homil. 26. in Matth. D. Augustini, serm. 130. D. Chrystostomi, Euthymij, Theophylasti, D. Thomae, Carthusiani, & aliorum, qui docent, quod Angeli timebunt quodam timore reuerentiali, proinde docent, quod per virtutes calororum Angelos intelligantur. Sic ait Chrystostomus: Virtutes calicae mouebuntur, quantumvis sibi conscia non sint, videntes enim infinitas multitudines condemnari, non intrepide stabunt ibi. In ruina aliorum etiam columnae caeli, ac viri fortes, & potentes pauent, & timeant. Audita morte Saphira reprehensa à Petro. Factus est timor magnus super vniuersam congregationem, & super omnes, qui haec audiebant. Actor. 5. num. 11. Nullus erat in toto fidelium cœtu, qui mentiris esset Deo, ac defraudasset de rebus venditis: ac proinde nullus extabat dignus tali increpatione, cur ergo in vniuerso casu omnes percipiuntur timore? Viri sanè prudentes est in alterius ruina suam veteri. Eucumenius. Ex factis, ait, quod circa Saphiram accidit, oritur in alijs salutaris timor, quemadmodum in vltione Oze, huius namque supplicium multis timoris fuit.

Actor. 5.

Eucumen.

77.

Suar. Angeli motores calororum.

Suarez tom. 2. ad 3. part. disput. 56. sect. 3. per virtutes calororum intelligit Angelos, qui magna vi, ac impetu tunc caelos mouebunt, ac gyrabunt ad extraordinarios, & portentosos effectus in inferioribus producendos, vt ex dictis patet.

Aliter etiam respondet D. Chrystostomus, tom. 3. serm. de cruce, & Latrone. De Angelis, ait, dicit Dominus, tremor enim illos apprehendet, & timor magnus. Quia tunc tam terribile erit iudicium illud, vt ab Angelis timeatur. Quemadmodum enim principe iudicante, non solum rei, sed & officia, quae nihil sibi conscia sunt, timore comprehenduntur, propter iudicis terrorem; ita & cum genus humanum indicabitur, etiam caelestes ministri pauebunt: & terribili apparatu de iudicis intuentis horronda formidinae contremiscunt. Valde mirum, quod in tremendo iudicio Angeli sic expauecant. Timeant impij, qui damnationis sententia sunt puniendi, sed puri Angeli cur sic pauent? Rectè ait D. Gregorius in Moralibus. Quid faciet virga deserti, vbi concutietur cedrus Paradisi? Quid faciet agnus, vbi aries tremet? Si iustus vix saluabitur, impius vbi apparebit. Si Angelus Cedrus Paradisi sic timore concutitur, quid faciet virga deserti huius mundi, homo nempe, tot, tantisque criminibus onustus, si iustus vix saluabitur, impius vbi apparebit?

78.

Chrylost.

Si Angeli timet in iudicio, quid faciet miseros homines.

Gregor.